



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 6. Rusbrœchii decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

ejus Ottone Brunsvici Duce in pugna ca- Sæcul. XIV.  
 pto Carolus regno potitus est. Inveni A. C. 1381.  
 Neapoli duo Clementis Cardinales, scili-  
 cet Jacobus Itrius, ac Leonardus Geo-  
 phanius, alique Præsules tum Episcopi,  
 tum Abbates earundem partium fauto-  
 res in duros carceres mittebantur; ubi  
 egestatem tolerabant, & miseriam, amif-  
 sis beneficiis, cæterisque bonis suis: vi-  
 tam quoque inibi ponebant quidam, ve-  
 luti Cardinalis Itrius: quem Clementini  
 putabant Martyrem.

Vita p. 501.

Diè Veneris 6 Decembris Urbanus  
 tres creavit Cardinales Diaconos de S.  
 Nicolao *in carcere*, de S. Georgio *ad ve-*  
*lum aureum*, & de S. Maria *in Dominica*.  
 Primus erat Landulfus Neapolitanus, no-  
 minatus Bari Archiepiscopus. Alter, Pe-  
 trus, seu Perrinus Thomacellus pariter  
 Neapolitanus, Archigrammateus Aposto-  
 licus, postea Summus Pontifex sub no-  
 mine Bonifacii IX. Tertius, Thomas Ur-  
 finus Manupellius Romanus itidem Ar-  
 chigrammateus.

§. VI.

*Rusbroechii decessus.*

Joannes Rusbroechius celebris ille rerum  
 cælestium contemplator, cujus jam *Sup. lib. 96.*  
 memini, obiit hoc Christi anno 1381, *S. 21.*  
 ætatis suæ 88, sacerdotii 64. Continua

Z 5

mentis

Sæcul. XIV. mentis precatio ei non obstabat, quin cum  
A. C. 1381. reliquis collegii sui Canonicis interdum

*Vita c. 12.*

manuum laborem caperet, ut illis exemplum daret: nec fastidiebat vilissimos labores, veluti portare fimum. Nonnumquam cum herbis malis bonas evellens olitori potius oneri, quam levamini, sed Fratribus semper incitamento ad laborandum per præsentiam suam erat, inter quamlibet actionem conservans defixum in Deo animum. Usque ad extremum senium quotidie sacrificabat, nisi eum inde morbus, vel aliud grave impedimentum excluderet. Ad Deum excessit 2 Decembris an. 1381, magnum scriptorum numerum relinquens.

*c. 15.*

*c. 16.*

Celebratissimum est opus de adornandis  
*Matth 25. 6.* dis sacris nuptiis, fundatum in illo Evangelii loco: *Ecce sponsus venit! exite obviam ei!* Quæ verba ille applicat ad diversos adventus Christi, & ad modos varios, quibus anima Christiana ei occurrat. En ea, quæ ibi video memorabilia! De obedientia loquens ait hominem per eam abdicare voluntatem suam, ita, ut Deus plenam in eum potestatem capiat, & humana voluntas Divinæ adeo jungatur, ut aliud velle, aut optare nequeat. Et postea: Acquiescendum est unice in Deo, non in donis ejus, velut gratia; virtutibus, operibusque bonis. Tum disse-

*c. 25.*

rit

rit de quadam ebrietate spiritus, quam sic describit:

Sæcul. XIV.  
A. C. 1381.

Contingit ea, dum homo sacris deliciis ita perfunditur, ut eas intra mentem suam continendo impar gestus agat extraordinarios. Cantant aliqui laudes Divinas: quosdam gaudium solvit in lacrymas: alios sic afficit, ut sibi moderari nesciant: currunt, exiliunt, saltant, complodunt manus: alii magnis clamoribus voluptatem, quam sentiunt indicant: nonnullos denique relinquit animus. Qui his in statibus sunt, agere Deo gratias debent, ac se penitus demittere.

Lib. 2. c. 20.

Tum Author venit ad perfectam voluntatis humanæ cum Divina consensionem; & contemplatorem suum inducit sic loquentem: Domine! sum totus tuus: non minus vellem in inferos mergi, si cederet in honorem tuum, quam in cælum recipi. Hoc vero est rem factis, superque protendere. Loquens de communione sacra, & affectibus ei tum præviis, tum sociandis ait: Hoc in exercitio amor intensus, commiseratio, & attenta consideratio vulnerum Christi per imaginandi vim adjuncta potest tam esse vivida, ut homo pius eorum dolorem non in animo tantum, sed & in membris suis sentire sibi videatur; atque si stigmata euiquam imprimerentur, nemo melius ad

c. 30.

c. 50.

Sæcul. XIV. ad ea comparatus esset. En! habes fer-  
A C. 1381. me methodum obtinendi stigmata.

6. 76.

Deinde Rusbroechius contemplato-  
 rum suo tempore celebrium errores re-  
 ferens inquit: Cum ad otium propen-  
 deant cuncti homines, naturalem solum  
 quietem sub specie contemplationis quæ-  
 runt ii, quos non illuminat, & movet  
 Deus. Sine occupatione ulla, vel ex-  
 terna, vel interiore plane otiosi sedent.  
 Sed hæc prava requies parit in homine  
 ignorantiam, cæcitatem, ac desidiam, per  
 quam ipse sibi satis placet, immemor Dei,  
 ac rerum extra se omnium. Nequit in-  
 veniri Deus in hac quiete naturali, quam  
 alieni a Christiana fide maximisque ac  
 plurimis inquinati sceleribus possunt affe-  
 qui, si comprimant conscientiam animi,  
 cunctasque imagines, & omne actionis  
 genus a se removeant. E contrario ma-  
 la hæc quies gignit in homine vanam de  
 se ipso delectationem, ac superbiam reli-  
 quorum matrem vitiorum omnium. Hi  
 falsi terrenarum contemptores rerum vir-  
 tutem nec exercent, nec desiderant; Deo  
 nullas laudes tribuunt, nullas agunt gra-  
 tias; se credunt consecutos omnia, quæ  
 per externum Dei cultum Ecclesia poscit.  
 Hic simul descripti egregie sunt improbi  
 Quietistæ nostri temporis.

§. VII.